

## Oberösterreich (Sonstiges)

### OBOE 1

1217 Mai 15, Admont

*Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier befreit das Kloster Kremsmünster unter Abt Rudolf von jeder weltlichen Gerichtsbarkeit. Der frühere Vogt, der herzogliche Ministeriale und Landrichter Ortolf von Volkersdorf erhält als Entschädigung quadringentas libras publicę monete.*

*Hss.: Original in Kremsmünster, StiA, Urkunde 1217 V 15, Admont (A1). — Dt. Regest Anfang 17. Jh. mit Zeugenreihe nach A2 in St. Pölten, NÖ Landesarchiv, HS StA 0078/1, S. 150 (B). — Dt. Regest 1668 mit Zeugenreihe nach A2 in München, Bayerische Staatsbibliothek, Cgm 888, S. 75–76 (C). — Abschrift 1302 in Kremsmünster, StiA, Hs. 1, fol. alt 65/neu 67r–v Nr. V (aus A1) (D). — Dt. Übersetzung 14. Jh. in Kremsmünster, StiA, Hs. 1, fol. alt 48/neu 50v–51r (aus A?) (E).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-StiAKr/KremsmuensterOSB/1217\\_V\\_15/charter](http://monasterium.net/mom/AT-StiAKr/KremsmuensterOSB/1217_V_15/charter) (samt Hängesiegel) (A1).*

*Edd.: Rettenpacher, Annales (1677), S. 173–175. — Finsterwalder, Observationes practicae 3 (1687), S. 39–41 (aus A?). — Hagn, UB Kremsmünster (1852), S. 68–70 Nr. 55 (aus A1), S. 71–73 Nr. 56 (aus C). — OÖUB II (1856), S. 589–591 Nr. 397 (unvollständig, aus A1), zu 1217 Februar 5, Steier, und Mai 15, Admont. — Schwind/Dopsch, Ausgewählte Urkunden (1895), S. 49–50 Nr. 29 (aus A1), zu 1217 Mai 15. — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 8–11 Nr. 207 (aus A1).*

*Reg.: Meiller, Reg. Leopold (NBl ÖGL 1, 1843), o. S. Nr. 93, zu 1217 Februar 5. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 119–120 Nr. 141 mit S. 256 Anm. 377, zu 1217 Februar 5. — Friess, Herren von Kuenring (1874), S. XX Nr. 178. — Wendrinsky, Grafen von Plaien-Hardegg (BIVLkNÖ NF 13, 1879), S. 332 Nr. 320.*

*Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 105–106, zu 1227 Mai 15. — Brunner, Exemptionsrecht (SB Wien 47, 1864), S. 365, 377, 378, 379, 382. — Hasenöhr, Österr. Landrecht (1867), S. 68. — Siegel, Dienstmannen (SB Wien 102, 1883), S. 238 (Anm. 1). — Luschin von Ebengreuth, Landstände (HZ 78 = NF 42, 1897), S. 435. — Tangl, Itinerar Leopolds VI. (BIVLkNÖ NF 32, 1898), S. 87. — Mitis, Studien (1912), S. 138. — Hirsch, Klosterimmunität (1913), S. 227–228. — Tellenbach, Bischöfl. passauische Eigenklöster (1928), S. 141 Anm. 13, S. 176, S. 190 Anm. 215, 216. — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 358 Nr. 511. — Zibermayr, Noricum, Baiern und Österreich (1956), S. 432. — Holter, Ulsburggau (MOÖLA 7, 1960), S. 190. — Zauner, Urkunden Gleink (MOÖLA 9, 1968), S. 90. — Hageneder, Albero (JbMW 20, 1975/76), S. 71 Anm. 90. — Fichtenau, Kanzlei (1977), S. 223–225. — Huber, Beiträge (1982), S. 156. — Perger, Herren von Lengbach (1984), S. 14 (Anm. 87), 22. — Reichert, Landesherrschaft (1985), S. 35, 165–166, 167. — Zauner, Anfänge des Landes ob der Enns (1991), S. 224. — Pitschmann, Kremsmünster (2001), S. 198. — Zehetmayer, Vogtei und Herrschaftsausbau (2019), S. 241–242.*

*Ein verschollenes zweites Original befand sich noch 1668 im Archiv der Herren von Volkersdorf und wurde dort von Enenkel (= B) und Schifer (= C) genutzt, siehe Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 9.*

*Die im OÖUB, S. 589, und bei Meiller, Reg. Babenberger, S. 119 Nr. 141, angeführte Datierung zu 1217 Februar 5, Steier, bezieht sich auf die in der Urkunde angesprochenen Verhandlungen ebendort. Meiller, Reg. Babenberger, S. 256 Nr. 377, führt an, dass die Datierung zu Mai problematisch sei, wenn die Urkunde Kaiser Friedrichs II. für den Deutschen Orden (= Meiller, Reg. Babenberger, S. 120–121 Nr. 145), in der Herzog Leopold als Zeuge aufscheint, tatsächlich am 25. Mai 1217 in Augsburg ausgestellt wurde und vermutete eine abgekürzte Schreibweise von „Marchii“, die zu „Maii“ verlesen worden sein könnte. Im Original steht jedoch eindeutig mai. Siehe des Weiteren die Datierung der betreffenden Urkunde Friedrichs II. für den Deutschen Orden zu 1217 Juni 24, Augsburg, bei Koch, Urkunden Friedrichs II. II (2007), S. 478–480 Nr. 415.*

*Laut Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 8, verfasst in der herzoglichen Kanzlei. Als Vorlage wurde eine als Formularbehelf dienende Abschrift der interpolierten Urkunde Herzog Leopolds VI. von 1213/1212 August 8, Enns benützt (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB I [1950], S. 260–263 Nr. 189). Letztere ist wenigstens teilweise von dem herzoglichen Notar Ulrich verfasst; weitere Diktatelemente Ulrichs scheinen auch noch in der vorliegenden Urkunde auf, obwohl Ulrich zur Zeit ihrer Ausstellung schon Bischof von Passau war. Zu Ulrich siehe Fichtenau, Kanzlei (1977), S. 229–235.*

*Beschädigtes Hängesiegel Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: vorne Typus 33, rückwärts 32b)an, laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 9, roter Seide. Siehe monasterium.*

*Erwähnt in der „Historia Cremifanensis“ des Berchtold von Kremsmünster (Edd. in MGH SS 25 [1880], S. 645 § 15).*

*Siehe auch die Bestätigungen durch König bzw. Kaiser Friedrich II. von 1217 Juni 14, Passau (Edd. in OÖUB II [1856], S. 591–592 Nr. 398; Reg. in Böhmer/Ficker, RI V/1,1 [1881], S. 217 Nr. 907) und von Juni 1235, Wels (Edd. in OÖUB III [1862], S. 30–31 Nr. 27; Reg. in Böhmer/Ficker, RI V/1,1, S. 413 Nr. 2093).*

*Ediert nach A1; A2 nach B und C, soweit Text (= Zeugenreihe) vorhanden. Einzelne durch Vergilbung oder Beschädigung unkenntliche Buchstaben in A1 wurden, weil stets eindeutig, stillschweigend ergänzt. Da bei der als Formularbehelf dienenden Abschrift der Urkunde von 1213/1212 nur der Wortlaut wesentlich ist, nicht jedoch auf Feinheiten der Rechtschreibung geachtet werden muss, richtet sich der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde nach dem Druck in BUB.*

In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego † Liupoldus † dei gratia dux † Austrię et Stirię Rudolfo † venerabili abbati Chremismonasteriensi eiusque successoribus † in<sup>a)</sup> perpetuum †.

Inter alia, quę a nobis in transactionibus legitimis geruntur, ea precipue litterarum indiciis liganda seu stabilienda ac posteriorum memorię commendanda duximus, in quibus ecclesiarum pacem ac servorum Christi quietem decernendo studium pietatis inpenderimus. Presentibus igitur atque futuris Christi fidelibus huius pagine testimonio declaramus, quod nos ecclesiam Chremismonasteriensem a secularium iudicium exactione longis retro temporibus enormiter lesam \* toto studii nostri conanime \* interposito ab ipsorum iudicium \* secularium \* potestate hoc modo liberavimus et absolvimus, videlicet quod iam dicta ecclesia

Ortolfo de Volch(e)nsdorf ministeriali nostro iudici provincię, in qua eadem ecclesia sita est, **quadringentas** libras publice monetę nobis mediantibus persolvit et idem Ortoolfus omne ius, quod in prediis et in hominibus eiusdem ecclesię ratione secularis iurisdictionis habebat, Ottoni tūmadvocato Ratisponensi et ille nobis uterque manu ad manum resignavit. Sane quia contractus iste ad proventum ecclesie inter nos et ipsum abbatem in dominica, qua cantatur Esto mihi, in castro nostro Styre est celebratus presentibus prelati nostre ditionis et in presentia Diepoldi marchionis de Vohburch, baronum quoque seu ministerialium nostrorum, nos prenominatam ecclesiam ab omni secularis iurisdictionis vinculo pronuntiamus prorsus absolutam. Volentes \* igitur eandem ecclesiam \* plena pace et libertata gaudere, omnes iusticias et obnoxietates, quibus seculari iurisdictioni prius erat obnoxia, glorioso Christi martyri Agapito pro eterna retributione per oblationem gladii delegando contulimus. Unde decernimus \*, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli unquam secularium iudicum liceat alicuius placitationis formam in prediis ecclesię exercere nec homines ipsius **cenobii** sive colonos in prediis ecclesię sive ministeriales sive proprios sive censuales ad standum suo iudicio compellere nec de negociationibus nec de vectionibus venalium suorum aliquid ab eis exigere. Volumus enim, ut tam ipsius ecclesie predia quam omnes cause, que in ipsis emergerint, ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli abbati et eius officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Ut autem huiusmodi prerogativa ecclesie Chremismonasteriensi a nobis ob remedium anime nostre et parentum nostrorum indulta eidem loco tutior perserveret et inviolabiliter conservetur, placuit nobis iuxta petitionem abbatis, ut ab ipso persona, quam sibi viderit congruam vel ydoneam, a nobis postuletur, que pro voluntate et instructione abbatis vel officialium suorum iusticiam eis exigat et contra omnes iniurias et violentias auctoritate a nobis accepta fideliter eos defendat. Et ne diuturnitas temporis ulli talium possit in preiudicium ecclesie suffragari, liceat abbati eandem personam singulis annis vel ante anni terminum si voluerit mutare. Illi autem, quibus nos secundum petitionem abbatis premissorum executionem mandaverimus, hanc formam servare debent, ut in prediis et bonis ecclesię fures non capiant, sed sicubi fures notorie devicti fuerint vel deprehensi, precones abbatis illos absque omni lesione ecclesię tantum sicut cingulo clauduntur ipsis assignent. Preterea si quispiam in exhibenda ecclesię iusticia rebellis extiterit, talis a predicto executore coherceatur secundum quod abbas et eius officiales sibi indixerint faciendum. Et si per se vel per suos vel etiam per homines ecclesie id efficere non potuerit, auxiliarios sibi de nostris, quibus ipse causam indicaverit, assumendos esse mandamus. Noverit ergo nostra \* posteritas neque per infeudationem neque per aliud quodcumque genus alienationis huius exemptionis privilegium infringi posse vel aliquatenus violari. \* Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio, quod absit, ab heredibus nostris infeudatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore vacuam censemus omnino non tenere, sed si quis talis feudi pretextu in dampna ecclesie manum miserit, dampnum reconpenset in quadruplum et quasi elemosinę nostre violator in deum et in animam nostram reum se esse cognoscat. Ad horum autem omnium evidentiam, que huius privilegii tenor continet, et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus robore **perenni** valituram cum \* subscriptione \* horum testium, qui prime transactioni aput Stiriam interfuerunt Gotfridus abbas Admuntensis, Chunradus abbas Garstensis, Ditmarus abbas Sitanstetensis, Diepoldus marchio de Vohburch, Otto advocatus de Lengihbach<sup>b)</sup>, V̇lricus de Peccah<sup>c)</sup>, V̇lricus marschalcus, Wernhardus Strevn, Otto de Rore, Gundacher de Styre et frater eius Duringus, Otaker Privhaven, Inbricco de Steinbach, Friderich de Scattowe. Deinde vocato abbate ad Nouam Ciuitatem in publico placito nostro hoc ipsum factum nostrum declarantes plures ei testes adhibuimus, quorum nomina sunt hec: Liutoldus comes de Hardekke, V̇lricus comes de Chlamme, Hadmarus de Chunringen et filii eius Hadmarus et Henricus<sup>d)</sup>, Marquardus de Hintperch, Hadmarus de Sunnenberc, Henricus de Waldesperch,<sup>e)</sup> Henricus de Stritwisen, Albero de Arnstein, Otto de Ancenperge, V̇lricus de

Stubenberch, Herrandus de Wildonia et filius eius Hartnidus<sup>f)</sup>, Ditmarus de Liehtinstain, Otto de Græze<sup>g)</sup>, Albero pincerna, Rudigerus marschalcus.

Datum apud Admunt, idus mai<sup>h)</sup>, anno incarnationis domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup>, indictione V<sup>ta</sup> <sup>i)</sup>, pontificatus vero domini Honorii pape anno primo, feliciter amen.

<sup>a)</sup> n in gewöhnlicher Textschrift statt in Auszeichnungsschrift AI. – <sup>b)</sup> Statt advocatus de Lengihbach B von Lengenschach Vogt zu Regenspurg und dises Gottshausz, C von Lengenschach Vogt zu Regenspurg und dises Gottshauß. – <sup>c)</sup> Statt Peccah B C Pettau. – <sup>d)</sup> Folgt von Veldtsperg B, von Veldtsperg C. In beiden Fällen ausdrücklich auf beide Söhne bezogen. – <sup>e)</sup> Marquardus bis Waldesprech fehlt B C (wohl infolge Augensprungs). – <sup>f)</sup> Statt Hartnidus B Disto, C Dioto. – <sup>g)</sup> Statt de Græze B C von Prag. – <sup>h)</sup> AI. – <sup>i)</sup> 15 B C.

## OBOE 2 (2, 340)

1236 November 27, Terni

*Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Suben unter Propst [Gregor I.] nach dem Vorbild Papst Eugens [III.] in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihm seine Rechte und den gegenwärtigen wie künftigen rechtmäßigen Besitz, darunter auch solchen in der Steiermark.*

*Hss.: Original in Linz, OÖLA, StiA Suben, Urkundenreihe: Nr. 2 (A).*

*Abb.: [http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/SubenCanReg/1236\\_XI\\_27/charter](http://monasterium.net/mom/AT-OOeLA/SubenCanReg/1236_XI_27/charter) (samt Bulle).*

*Edd.: Hund/Gewold, Metropolis Salisburgensis 3 (1719), S. 257–259 (aus A). — Monumenta Boica IV (1765), S. 530–533 Nr. 5 (aus A). — OÖUB III (1862), S. 40–44 Nr. 39 (aus A).*

*Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 871 Nr. 10266. — Zahn, StUB II (1879), S. 447 Nr. 340 (Auszug). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 238 Nr. 2130. — Paulhart, Papsturkunden in OÖ (MOÖLA 8, 1964), S. 164 Nr. 12. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 114–115 Nr. 190.*

*Lit.: Pritz, Beiträge Suben (BMusFrCar 16, 1856), S. 19. — Lampel, Landesgrenze 1254 (AfÖG 71, 1887), S. 320. — Krones, Verfassung (1897), S. 230. — Pirchegger, Besitzgeschichte steirischer Stifte (ZHVSt 39, 1948), S. 18. — Pirchegger, Steirische Diplome (1949), S. 262 Anm. 7. — Posch, St. Stefan im Rosental (1954), S. 9–10. — Bracher, Undrima (ZHVSt 56, 1965), S. 68. — Posch, Wo stand die Hengistburg? (BlHk 64, 1990), S. 163. — Posch, Hengistburg (BlHk 66, 1992), S. 50. — Posch, Riegersburg und Graf Poto (ZHVSt 83, 1992), S. 148–149. — Posch, Lokalisierung (BlHk 68 H. 1/2, 1994), S. 33. — Mittermüller, Jagd und Fischerei (2011), S. 495.*

*Die Angabe der Indiktion X setzt den bedaischen Berechnungsmodus voraus.*

*Meizensteine = Madstein bei St. Michael an der Liesing, vgl. Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 323.*

*Bulle. Siehe monasterium.*

*Die im vorliegenden Stück angesprochene Urkunde Papst Eugens III. vom 4. Jänner 1146, Lateran ist ediert in OÖUB II (1856), S. 218–219 Nr. 149.*

*Ediert nach A.*

‡ Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito beati Lamberti Subnensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum<sup>a)</sup> ‡. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam beati Lamberti Subnensis, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicitis recordationis ‡ Eugenii ‡ pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam ad Heingist cum curte stabularia et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Mallentin<sup>b)</sup> cum omnibus pertinentiis suis, Parscalchesdorf, Meizensteine, Rusnize, Rakanizhe cum decimatione et omnibus pertinentiis suis, Sedingen cum venationibus et piscationibus, Perindorf, Preurath, Hasilaha, Suarzaha, Gloiach, Abbatisperge, Sulba, Suarcimbach, Swein, Criezpach cum navigio et parte silve ipsius loci, in Assca quartam partem telonei, decem mansos in Grantemperc, Pratmarhowen cum omnibus pertinentiis suis, decimam quam habetis in prediis sitis in Carinthia, Merlinspach, ad Pueros, Peigarten, Pratemperge, Teufenpach, Ruede, inferius Haupach et superius Haupach, Routhaim, Vrsperting, Prathe, Shergaren, Amdorf, Possperg, inferius et superius Lauterbrunne, Gawalteshaim, Miterndorf, Engelhartspurge, Weide, Oede, Pratemperge, Awe, Paldwindsdorf, Adalmaninge, Ludhaim, Engelpoltsoede, Chaltenmarchte, Reute, Sheusdorf, Vieth, Staineinzoune, Lohe, Nasla, Haslpach, inferius et superius Ceisaperge, Wezendorf, Duorigelpach, Dithalminge, sub Quercubus, Peringe, Weizenawe, Ekkemperge, Hebenspach, Sleter, in Monte, Puche, Stainpach, Oede, duo Stocche, Chobel, Oberhouen, Pusenperge, Eibach, Ekkartesreute, Steuendorf, Prukke, Ritzinge, Ascha, Grunenpach, Micheldorf, Pramerdorf, molendinum apud Pramam, Petheringe, Heide, Rosspahc, Snellendorf, Dorf, Aiche, Otendorf, Vtenhaim, inferius et superius Teufenpach, Lohe, inferius et superius Pramawe, Reiteinsreute, Piriche, Oedinriute, Penzenriute, inferius et superius Visenhart, Stocche, Nidehaim, Grub, Nermansdorf, Geroltinger<sup>c)</sup>, predium interm Holze, Furt, ad Rubertum fabrum, Vngring, Sherdinge cum piscationibus et parte navigii ipsius, Chounich, Chemerich, Grub in Austria, Swaneim, Wazemansperge, Cholmunz, Pirembach, Chunilpach, Roz, Zohensunstorf, Hunthaupt, Chrotental, Hergoltshaim, Aufheim, Snellaim, Risting, Harde, Obernawe, Inzinge, Winchil, inferius Awe nec non terras et alias possessiones cum pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit sine prepositi sui licentia nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis

excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare, dum modo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti aut etiam publice usurarii sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposite<sup>c)</sup> vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate, diocesani episcopi canonica iustitia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. † Amen, amen, amen †.

(R.)<sup>d)</sup> Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (BV.)

† Ego Iohannes Sabinensis episcopus subscripsi.

† Ego Iacobus Tusculanus episcopus subscripsi.

† Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.

† Ego Thomas tit. sancte Sabine presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Guifredus tit. sancti Marci presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Sinibaldus tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Stephanus sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti presbiter cardinalis subscripsi.

† Ego Rainerius sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Egidius sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Oto sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

Dat. Interamni per manum magistri Guill(elm)i sancte Romane ecclesie vicecancellarii, V kal. decembris, incarnationis dominice anno M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>, indictione X, pontificatus vero domni ‡ Gregorii ‡ pape VIII anno decimo.

<sup>a)</sup> in perpetuum zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A. – <sup>b)</sup> Mit Kürzungsstrich über in A. – <sup>c)</sup> A. – <sup>d)</sup> In den Quadranten: Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Gregorius papa VIII. Im Kreisring: † Fac meum, domine, signum in bonum.